

58  
 propositio enim est duorum terminorum ad se quaedam comparatio. Terminos autem uoco. numerorum  
 sumas. Proportionalitas est aequarum proportionum collectio. Proportionalitas uero in  
 tribus terminis minimis constat. Cum enim primus ad secundum terminum eandem rationem  
 proportionem quam secundus ad tertium. dicitur haec proportionalitas. Estque inter tres  
 terminos medius. qui secundus. Haec igitur proportiones. medii termini coniungentis.  
 tria passio est. Aut enim aequa est differentia minoris termini ad medium. & medii  
 ad maximum. sed non aequa proportio. ut in his numeris. 1. 11. 111. Inter 1. quippe ac 11.  
 & inter 11. ac tres. tantum unitas differentia tenet. non est autem aequa proportio.  
 11. quippe ad 1. duplus est. tres ad duo. Sesquialter. aut est aequa in utrisque proportio.  
 non uero aequalibus differentiis confabuta. ut in his numeris. 1. 11. 111. nam duo  
 ad unum. ita sunt dupli. quem admodum quaternarius ad binarium. Sed inter quater-  
 narium. binariumque. binarius. inter binarium atque unitatem. unitas differentiam  
 facit. Est uero tertium medietatis genus. quod neque eisdem proportionibus. neque  
 eisdem differentiis constat. sed quem admodum se habet maximus terminus ad mini-  
 mum. ita se habet maiorum terminorum differentia. ad minorum differentiam termi-  
 norum. ut in his numeris. 11. 111. 1111. Nam sex ad tres. duplus est. Inter sex uero &  
 quatuor. binarius inter. Inter quaternarium uero ac ternarium. unitas. Sed binarius  
 comparatus ad unitatem. rursus duplus est. Ergo ut est maximus terminus ad minimum.  
 ita maiorum differentia. ad minorum differentiam terminorum. Vocatur igitur illa  
 medietas. In qua aequantur differentiae. Arithmetica. Illa uero in qua aequae proportio-  
 nes. geometrica. Illa autem quae tria describimus. Harmonica. quarum haec subiiciamus  
 exempla.

1	11	111	1	11	111	111	1111	1111	11111
---	----	-----	---	----	-----	-----	------	------	-------

**N**on uero ignoramus esse alias quoque proportionum medietates. quas quidem  
 in arithmetica diximus. Sed ad praesentem tractatum. haec sunt interim  
 necessariae. Sed inter has tres medietates. proportionalitas quidem proprie  
 & maxime geometrica nuncupatur. Idcirco quoniam aequis proportionibus tota  
 contextitur. Sed tamen eodem ueritur promiscue uocabulo. proportionalitatis  
 sua ceteras nuncupantes.

DE CONTINUIS MEDIETATIBUS ET DISIUNCTIS

**S**ed in his. alia continua est proportionalitas. alia disiuncta. continua quidem.  
 ut superius disposuimus. Unus enim idemque numerus medius. nunc quidem